Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36489
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

obliuiscitur quia loquor. doctori similis factus sum. cum proposuerim
quod abstinere discere uelim. Si quia deprecantur pariter un
de id quod agebam incidit questio. examinandam mihi sentem
ciam et promere statuerim. iam iam tandem aliquando concludam. quia
et siuerum est. cum qui habet unam habere omnes uirtutes. cum qui
unam non habet. nullam habere. nec sic precata sit paria. quia
ubi uirtus nulla est. nihil quidem rectum est. nec tamen ideo non est
prauo prauius. distorto; distortius. Siquidem quod puto esse uerum
sacrisque litteris congruentius. ita sint animae interiones
ut corporis membra. non quo uideantur locis. sed quod sentiant
effectibus. et aliud inluminatur amplius. aliud minus. aliud
omnino carere lumine et tenebroso obumbratur obstaculo.
profecto ita. ut quisque illustracione pie caritatis est affectus.
in illo actu magis. in alio minus. in aliquo nihil. sic dici po
test habere aliam. aliam non habere. aliam magis. aliam minus
habere uirtutem. Hanc et maior est in isto caritas quam in illo. ne
te possum dicere. et aliqua in isto. nulla in illo quantum
pertinet ad caritatem quae pietatis est. et in ipso homine quod maiorem habeat
pudicitiam quam patientiam. et maiorem hodie quam heri sufficit et ad
huc non habet continentiam. et habeat non paruam mam. Et ut breuiter
litteris breuitatis concludam. quam deuinitate habeo notitiam quod adhere
te uiuendum attinet. uirtus est karitas qua id quod diligendum est
diligitur. Hec in alius maior. in alius minor. in alius nulla est.
plenissima sed que iam non possit augeri. quam diu hic homo ui
uit in nemine est. Quam diu autem augeri potest. profecto illud quod
minus est quam debet et uitio est. Et quo uitio non est iustus interra
quod faciat bonum. et non peccet. et quo uitio non iustificabitur in conspec
tu dei omnis uiuens. Propter quod uitium sic uiuerimus quia peccatum
non habemus nos ipsos seducimus et ueritas in nobis non est. Propter
quod et iam quantulibet profecerimus. necessarium est nobis dicere
dimitte nobis debita nostra. cum iam omnia in baptismo. dicta fac
ta cogitata dimissa sint. Quid itaque. Qui recta. uidet. uidet